PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh.
Seite 195v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

sed de hys postea // nunc de alys dicamus ¶ Fortuna igitur sit:
quecumque ita fiunt: ut tum eorum causa indeterminabilis sit.
nec huius gratia nec semper nec ut plurimum nec ordine fiunt.
que omnia fortune ipsius diffinitione patent ¶ Naturaque que
causam ordinatam in se ipsis habent. Nam aut semper aut
ut plurimum sic euenunt. Nam que preter naturam fiunt
ea utique secundum quandam naturam: an alia causa fiant:
non oportet inquirere: quamuis etiam fortuna causa hoc
esse videatur ¶ Vi autem: quecumque propter cupiditatem ac
racionem ipsorum res ipsas fiunt ¶ Consuetudine uero: quecumque
ideo faciunt: quem sepe fecerunt ¶ Racione autem: que cum sint
ex bonis iam dictis: conferre ac videantur: ut ut finis uel
ut ad finem: propter utilitatem agantur. Nam quedam inte
pantes etiam agunt utilia. verum non propter utilitatem sed
propter uoluptatem ¶ Ira uero fiunt: quibus ultissimum ¶ differ
unt aut pena et ultio. Nam pena eius qui patitur gratia
fit ¶ Vltio autem eius qui facit ut expleatur ¶ Verum de quibus
ira sit: ex iis que de affectibus dicemus patebit ¶ Cupiditate autem
aguntur: quecumque iocunda uidentur ¶ Verum et consuetudo
et ea in quibus assueti sumus: iocunda sunt. Nam multa
etiam eorum que natura iocunda non sunt: tamen uoluptate fa
ciunt qui assueti sunt ¶ Quare ut breuiter dicam: quecumque
propter se ipsos agunt omnia uel bona sunt: uel bona esse
uidentur. et aut iocunda: aut uidentur iocunda. Verum
quoniam que propter se ipsos agunt: hec sponte agunt: non
sponte autem: que non propter se ipsos: omnia que uolentes
agunt: bona erunt uel apparentia bona. et iocunda simi
liter uel apparentia ¶ Omnia autem malorum etiam uel
apparentium malorum electionem: aut minor pro maiore
assumptionem: in bonorum numero ad eligibilia quodam
modo sint ¶ et similiter doloris uel apparentis doloris electi
onem: aut minor pro maiore assumptione iocundis
non numeramus ¶ Quare quot et que utilia sint aut